



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Priuilegium Ottokari Ducis Austriae, super Muta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

Friderici I. Imp. confirmatio Ducis Lupoldi dona-

tionis Muræ.

FRIDERICVS Dei gratia Romanor. Imperator semper Augustus, Hierusalem & Siciliae Rex. Vniuersis Mureris suis apud *Danubium* constitutis, fidelibus suis, gratiam suam & omne bonum. Ex parte venerabilis Abbatis & Conuentus de *Aldersbach* fidelium nostrorum nostro fuit culmini humiliter supplicatum, vt gratiam & libertatem ab Illustri Duce *Leopoldo* felicis memoriae, super vectigalibus vini & victualium suorum per loca mutarum Ecclesiae suae indultam nostrae approbationis dignaremur. munimine confirmare. Nos itaque pietate solita, qua personis religiosis fauor adesse consuevit, deuotis eorum precibus fauorabiliter inclinati; gratiam & libertatem, quam ab eodem Duce *Leopoldo* in suis haecenus obtinuerunt priuilegiis, certa * victualia vini, & victualium suorum. eidem Abbati & Conuentui auctoritate praesentium duximus confirmanda. Mandantes * vniuersitati vestrae firmiter praecipientes, quatenus gratiam & libertatem eandem, & hanc nostram eiusdem indultae libertatis approbationem iuxta formam priuilegij sui praedictis fidelibus nostris in antea more solito conferueris: vt iustam de vobis non habeant materiam conquerendi. Datum apud *Viennam*, IX. Kalend. Febr. X. Indictione.

Priuilegium Ottokari Ducis Austriae, super
Muræ.

IN nomine Sanctae & indiuiduae Trinitatis, Amen. Nos *Ottokarus* Dei gratia Dux Austriae & Stiriae, & Marchio Moraviae innotescimus vniuersis dilectis nobis viris venerabilibus Fratribus in *Aldersbach*, Deo sub Monastica religione militantibus, pro remedio animae nostrae, ceterorumque progenitorum nostrorum hanc libertatem iure perpetuo indulsisse, vt bona sua quae eis de praedio suo prouenire poterunt, quod in Austria possidere videntur, in vino, frumento, vel quocunque emolimento, sine *haulo*, quod vulgo possumus dicere *mutam*, ad sua liberè deducant. Et nihilominus si quid ad opus praefati praedij eis necessarium fuerit, sub eadem condicione sine omni contradictione reducatur. Hoc autem ne processu temporis obsolescat, & succedentibus aliis in obliuionem cadat, praesentem paginam conscribi iussimus, & sigilli nostri munimine roborari, nominibus testium subnotatis, qui sunt: Otto & Chunradus de Hardegk, Otto de Sleuntz. Albero de Chunringen, Henricus frater suus dictus Göpanus, Henricus Pincerna de Halspack, Vricus frater suus, Otto de Missäve, Chunradus de Hintperch. Rudolphus de Potendorff, Otto de Potemburch, Henricus de Liechtenstein, Albertus de S. Petronella. Chunradus de Zelking. Otto de Perchtoldstorff, Perchtoldus de Engelshalsuelde, Vricus de Viechoüen, Otto de Walchuneskirchen, Henricus de Syvarzenssec, Ebranus de Eraspranne, Henricus de Geueld, Albero Dapifer de Holsperch, Henricus de Moresvvanck, Wolfkerus de Parovv. Chunradus de Greiffenstein. Item Bohemi, Lorisikh Purgravius de Ellpogen, Wolko Iohan de Wisthenavv, & alij quamplures. Actum & datum *Vienna*, Anno Domini M. CC. LIII. V. Kal. Octobr.

Confir-